



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

71. De oblatis, ut de sabbato in sabbatum innoventur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Burchard. lib. 5. c. 10. eum communicet, ne sine communione moriatur.

De eadem re. *Ex Concilio Turonensi.*

Burchard. lib. 5. c. 9.

LXX. Ut omnis Presbyter habeat pyxidem, aut vas tanto sacramento dignum, ubi corpus dominicum diligenter recondatur ad viaticum recedentibus à seculo. quæ sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter Presbyter possit dicere infirmo: *Corpus & sanguis Domini proficiat tibi &c.* Semperque sit super altare observatum propter mures & nefarios homines; & de tertio in tertium diem semper mutetur, id est, illa à Presbytero sumatur, & alia quæ eodem die consecrata est in locum subrogetur, ne fortè diutius reservata mucida, quod absit, fiat.

Vide Hug. Menard. in Noris ad lib. Sacramentot. pag. 378.

De oblatibus, ut de sabbato in sabbatum innoventur. *Ex eodem.*

Burchard. lib. 5. c. 12.

LXXI. Illud etiam adnectendum videtur, ut oblationes quæ in altari offeruntur, de sabbato in sabbatum semper innoventur: quia panes propositionis, qui super mensam Domini ponebantur, à sabbato in sabbatum semper mutabantur.

Ut chrisma semper sub sera fit. *Ibidem.*

Burchard. lib. 4. c. 80.

LXXII. Præterea & illud omnimodis observandum est, ut sacrum chrisma & oleum consecratum semper sub sera fit; ne illud unde Christo incorporamur, & unde omnes fideles sanctificantur, unde Reges & Sacerdotes inunguntur, aliquis infidelis aut immundus